

www.e-rara.ch

**Plotini Platoniorum facile coryphæi Operum Philosophicorum Omnium Libri LIV.
In Sex Enneades Distributi**

**Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius**

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-74031>

Plotini ennead. quintae, liber VI. Quod illud quod est super ens non intelligat: quidve sit intelligens
primò, quidve secundò intelligens.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ΠΛΟΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε.

ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER VI.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ, ΤΟ ΕΠΕΚΕΙΝΑ ΤΗΣ ΟΝΤΟΣ ΜΗ ΝΟΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΙ ΤΟ ΠΡΩΤΩΣ
ΝΟΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΙ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΩΣ.Quod illud quod est super ens non intelligat: quidue sit intelligens
primò, quidue secundò intelligens.

Intellectus & vnitus est cum re intellecta pariter & distinctus.

Cap. I.

Si cognoscit externa foras aspiciendo, manifesta est inter intellectum intelligibile, diuersitas, & intellectus formam induit peregrinam, interea tamē per hanc formam cum intelligibili intellectus vnitur: sin autē intelligit seipsum, eadem quide est intelligentis intelligibilis, essentia. Est tamen huius atq; illius opposita inter se ratio: igitur distincta formaliter. Adde quòd ratio ipsius intelligibilis ratione intelligentis est superior: sicut ratio vel luminis, vel diaphani, vel luminis purioris atq; minus puri. Ratio enim intellectus ad intelligibile, vbi seipsum intelligit, est tanquam inchoati cuiusdā luminis annitētis ad absolutum lumen accipiendū, cui pro viribus adaequetur.

* αὐτὸ



Ο' μὲν ἐστὶ νοεῖν ἄλλο, τὸ
δὲ * αὐτὸ, ὃ ἡδὴ φέρεται
μᾶλλον τὸ δύο εἶναι· τὸ δὲ
περὶ πρὸν λεχθὲν, βέλε-
ται καὶ αὐτὸ, ἀλλ' ἡ τὸν
διώταται. παρ' αὐτῷ μὲν
γὰρ ἔχει ὁ ὅρα. ἐπεὶ ὅν γε
μὴν ἐκείνῃ. τὸ δὲ ἐκ κεχώρισται τῇ ἑστίᾳ. ἀλ-
λὰ πρὸν αὐτῇ, ὅρα ἑαυτὸ. ἀμφω οὐκ γίνε-
ται ἐν ὄν. μᾶλλον οὐκ νοεῖ ὅτι ἔχει. καὶ πρῶ-
τως νοεῖ. ὅτι τὸ νοεῖν, διὰ ἐν καὶ δύο εἶναι.
εἴπερ μὴ ἐν, ἄλλο τὸ νοεῖν, ἄλλο τὸ νοούμενον
ἔσται. οὐκ αὖ οὐκ πρῶτως νοεῖν εἴη. ὅτι ἄλλῃ
τῇ νόσιν λαμβάνον, ἐπὶ πρῶτως νοεῖν ἔσται.
ὅτι ὁ νοεῖ, οὐκ ἔχει ὡς αὐτὸ. ὡς δ' αὐτὸ. ἡ
ἐκ ἔχει ὡς αὐτὸ ἵνα κυρίως νοῇ, τὰ δύο ἐν
ἔσται. διὰ ἄρα ἐν εἶναι ἀμφω. εἴπερ ἐν μὲν, μὴ
δύο δὲ αὐτὸ ἔσται. ὅτι νοήσῃ ἐκ' ἔχει. ὡς δ' ἐκ
νοεῖν ἔσται. ἀπλῶν ἄρα, καὶ ἐκ' ἀπλῶν διὰ
εἶναι. μᾶλλον δ' αἱ πρὸ αὐτὸ ποιῶν ὄν ἐλοι,
ἀπὸ τῆ ψυχῆς ἀναβαίνων. ἐνταῦθα γὰρ δια-
ρεῖν ῥάδιον. καὶ ῥάον αἱ πρὸ διπλῶν ἰδοί. εἰ
οὐκ πρὸ διπλῶν φῶς πειρήσει, τί μὲν ψυ-
χῶ κατὰ τὸ ἡπτόν, τὸ ἡ νοήν αὐτῆς κατὰ τὸ
plex. Proinde si quis ab anima sursum ascendat, apertius comprehendet quod intelligit esse tale. Hic enim diuidere facile est, ideoq; facilius aliquis deprehendat duplicitatem. Siquis igitur lumē duplex efficiat, animam quidem secundum minus purum, intelligibile autem animæ secundum

A



VPLEX intelligentia est, aut enim aliquid intel-
ligit aliud, aut seipsum: qđ
quidem longius illam de-
uitat diuersitatē, per quam
duo quædam euadat intello-
ligendo. Quod autem intel-
ligit aliud, vult ipsum
quoq; diuersitatem fugere, sed minus id valet:
habet quidem apud se quod videt, sed à se di-
uersum. Verum quod seipsum intelligit, non
est ab eo quod intelligitur essentia separatum,
sed coexistēs secū, seipsum & intuetur: vtrunq;
itaque simul ens vnum efficitur: imò verò ma-
gis intelligit, quoniam quod intelligit habet.
Primòq; intelligit, quia ipsum intelligēs oportet
vnum duosq; existere: siue enim non sit
vnum, ideoq; aliud quidem sit intelligēs, aliud
intellectum, non erit vtique primò intelligens.
Aliud nanque intelligendo, intelligens primò
non erit, nempe quod intelligit non habet tan-
quam suum aliquid, & iccirco neque tanquam
seipsum id habet: aut certè si tanquam seipsum
habuerit vt præcipuè intelligat, duo hæc vnum
erunt. Oportet itaq; ambo vnum existere, siue
vnum quidem non sit, rursus verò sit duo, cer-
tè quod intelligat non habebit: quapropter
neq; erit intelligēs. necessarium igitur est, quic-
quid intelligit esse simplex, simulatq; non sim-
plex. Proinde si quis ab anima sursum ascendat, apertius comprehendet quod intelligit esse tale. Hic enim diuidere facile est, ideoq; facilius aliquis deprehendat duplicitatem. Siquis igitur lumē duplex efficiat, animam quidem secundum minus purum, intelligibile autem animæ secundum

C

eiusdem purius : deinde faciat ut ipsum videns A
æquale sit lumen lumini viso , quum non ha-
beat ultra qua differentia separet , duo hæc esse
asseret vnum , quod quidem ideo sit intelligēs,
quoniam existit duo : at iccirco sit iam videns,
quoniam iam est vnum : ille igitur intellectum
sic intelligibileq; apprehendet. Quamobrem
nos quidem ratione nostra ex duobus confeci-
mus vnum : illud autem contrā ex vno existit
duo , quoniam scilicet intelligit reddens seip-
sum duo : imò verò quia intelligit existens duo : item quia ipsum est vnum intelligere potest.

Intellectus seipsum intelligens in se multiplicatatem habet.

Cap. II.

*Omnis intellectus est quodammodo intelligibilis, non tamen omne intelligibile necessariò est intellectus. Ratio igitur ipsius intelligibilis alia & communior & prior est quàm ratio intellectus. Intellectus igitur se intelligens diuerſas in se rationes habet. Præterea cum ipſo entium ordine essentia sit etiam tempore prior quàm intelligen-
tia, meritò in primo ente est saltem origine prior. Ipsa igitur essentia in primo originis signo, secundum seipsam, nec-
dum est intelligens, nec intelligibilis actu, nisi suboriatur ei facultas intelligendi, quæ sanè facultas non fit intelli-
gens actu, nisi cum intelligibili copuletur. Conclude, si ipsa entis essentia ad ipsam existendi perfectionem non indi-
get intelligentia, hanc enim præcedit, multò minus quod est superius ente. Superius autem est illud, in quo non est
prius aliquid & posterius: nec absolutarum duplicitas rationum, sicut in ente & intellectu esse comperimus.*

SI igitur aliud quidem est primò intelligēs, A
aliud autem est intelligens aliter, certè quod
est primò intelligente superius, non intelligit:
intellectum nanque oporteret esse ut intell-
geret: si autē intellectus foret, intelligibile opor-
teret habere, ac si primò intelligeret habere in-
telligibile in seipſo: non tamen necessarium est
quicquid intelligibile est, habere in se intel-
lectum, & intelligere: esset enim non intelli-
gibile tantum, sed & intelligens. Quumq; duo
iam sit, non esset utiq; primum. Iam verò intel-
lectus qui intelligibile possidet, nunquā con-
sistere posset, si non esset essentia eius quod est
intelligibile purum, quod ad intellectum qui-
dem intelligibile erit. Secundum verò seipsum
neq; intelligens, neq; intelligibile propriè erit:
nempe quod intelligibile dicitur, alteri intel-
ligibile iudicatur: atqui & intellectus suam il-
lam vim per quam intelligentia nititur, habet
vacuam, nisi acceperit comprehenditq; ipsum
intelligibile quod intelligit. non enim absque
intelligibili habet intelligentiam: tunc itaque
perfectus est, quando iam habet. Oportet au-
tem antequam intelligat, perfectam penes se
habere essentiam. Illud ergo ex quo secundum
essentiam perfectus existit, id ipsum est ante in-
telligentiam: quamobrem nihil huic opus est
intelligentia, quum antè hanc sufficienter exi-

stat, itaq; non intelligit. Est igitur supremum aliquid quod non intelligit: est insuper quod intel-
ligit primò: est deniq; quod secundam quandam intelligentiam habet. Præterea si primum illud
omnium principium intelligat, aliquid iam illi aderit: non erit itaq; primum, sed secundum: neq;
vnum, sed iam multa, & profectò totidem quot & intelligit: quinimò si solùm intelligat semet-
ipsum, multa rursus euadet.

*Quousq; singis intellectum, ob id ipsum quod intelligat vel se vel alia ita multiformē euadere, ut sint in eo mul-
tæ formæ inter se ex ipsa natura rei formaliterq; distinctæ, etiam si nulla illis relatio illis acceperit, nondum primo
eipj simplicitatem adinuenisti.*

Cap. III.

*Rursus vbicunq; multa inuicem componuntur, atq; ex multis conficitur vnum, eiusmodi multitudo est post ip-
sum vnum. Deniq; omnis multitudo quæ aliud quiddam est quàm ipsa vanitas, & quodammodo opponitur vnita-
ti, nec-*

καθαρῶτερον, εἴτα ποιήσειε καὶ τὸ ὁρῶν ἴσον εἶ-
ναι Φῶς τῷ ὁρωμένῳ, ὅσην ἔχων ἐπὶ χωρὶς εἶναι
τῇ Διὰ Φορᾶ, ἐν τῷ δὲ ὅς ἡσεται. νοῶν μὲν, ὅτι
δύο ἡ ὁρῶν δὲ, ἡ δὲ ἐν. ἔτω νοῦ καὶ νοητὸν
αἰρήσει. ἡμεῖς μὲν οὐ τῷ λόγῳ, ἐκ δύο, ἐν
πεποιήκαμεν. τὸ δ' ἀνάπαλιν ἐξ ἐνός ἐστι δύο,
ὅτι νοεῖ ποιῶν αὐτὸ δύο. μᾶλλον δ' ἐν, ὅτι νοεῖ,
δύο, καὶ ὅτι αὐτὸ ἐν.

EI δὲ τὸ μὲν πρώτως νοῶν, τὸ δ' ἔξ ἡ δ' ἄλ-
λως νοῶν, τὸ ἐπέκεινα τῆ πρώτῃ νοῶν, ὅ-
σην αὖ ἐπὶ νοεῖ. νῦν γὰρ δ' αἱ ἡμέτεροι, ἵνα νοῇ. ὄν-
τα δ' ἐν νοῦ καὶ νοητὸν ἔχειν. καὶ πρώτως νοῶν-
τα, ἔχειν τὸ νοητὸν ἐν αὐτῷ. νοητὸν δ' ἐν, ὅσην
ἀνάγκη παῦ καὶ νοῶν ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ νοεῖν.
ἔσται γὰρ ὁ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ νοῶν. πρῶ-
τον τὲ, ὅσην ἔσται δύο ὄν. ὁ, τὲ νῦν ὁ τὸ νοητὸν
ἔχων, ὅσην αὖ συζητῇ μὴ ἔσσης ἑσίας καθαρῶς
νοητῆ. ὁ πρὸς μὲν τὸν νοῦ, νοητὸν ἔσται, καθ'
ἑαυτὸ δ' ἔπε νοῶν ἔπε νοητὸν κυρίως ἔσται. τὸ,
τὲ γὰρ νοητὸν, ἐτέρῳ. ὁ, τὲ νῦν τὸ διπλάλλον τῇ
νοήσει καὶ ὄν ἔχει, αὐτὸ τῆ λαβῆν καὶ εἰλεῖν
τὸ νοητὸν, ὁ νοεῖ. ὁ γὰρ ἔχει τὸ νοεῖν, αὐτὸ τῆ
νοητῆ. τὸ τε οὐδὲ τέλειον, ὅταν ἔχη. ἔδει δ' ἐπὶ
τῆ νοῶν, τέλειον εἶναι παρ' αὐτῆς τῆς ἑσίας.
ὡς ἄρα τὸ τέλειον ὑπάρχει, πρὸς τῆ νοῶν, τῆ-
το ἔσται. ὁ δ' ἐν ἄρα δ' αὐτῷ τῆ νοῶν. αὐτὰρ κες
γὰρ πρὸς τῆς. ὅσην ἄρα νοήσει. τὸ μὲν ἄρα ὁ
νοεῖ. τὸ δ' ἐπὶ πρώτως νοεῖ. τὸ δ' ἐπὶ νοήσει δ' ὁ τε-
ρως. ἐπὶ εἰ νοήσει τὸ πρῶτον, ὑπάρχει τὴ αὐτῷ.
ὅσην ἄρα πρῶτον. ἀλλὰ καὶ δ' ὁ πρῶτον. καὶ ἔχ-
ει, ἀλλὰ καὶ πολλὰ εἶδη. καὶ πάντα ὅσα νοή-
σει. καὶ γὰρ εἰ μόνον * ἑαυτὸν, πολλὰ ἔσται.

* ἑαυτὸν

et, necessariū est post ipsum vnum, & particeps est vnus. Platonica hæc Christianis Theologis non aduersantur, apud quos primum principium non habet formas plures, intelligendo plura, quomodocumq; intelligat, sed per vnam sui formam actu vnico se inspiciens, omnia conspiciat, videlicet simplicissimam formam suam considerans aliter ab alijs atq; aliter imitandam. Præterea diuina Trinitas (vt Dionysius Areopagita confirmat, & Gregorius Nazianzenus asserit) idem ibi est quod & ipsa vnitas: sanè sicut lux & calor sub cælo quidem distincta duos sunt, in cælo sunt vnum. Quinetiam progressio & quies hic quidem diuersa sunt: ibi autem quies in progressionem versatur, & progressio in quiete: ita in diuina natura qua ratione infinita est, motus cum statu concurret: nam si singas infinitam motus velocitatem, resolues in statum, inò & tarditas atq; velocitas infinita dum in statu desinunt, in vnum etiam inter se conueniunt. Virtus enim infinita omnia sibi subito vniens, in se vnit & inuicem, vt non mirum sit apud Dionysium & Nazianzenum, in natura diuina idipsum quod est vnitas, ipsam quoq; Trinitatem existere, atq; vicissim. Infinitudo enim virtutis illic & propaginem agit intimam, æqualemq; vsq; in Trinitatem, vt aiunt, & seruat interim vnitatem. Non est igitur ibi Trinitas tanquam multitudo quedam particeps vnitatis, in superiorem videlicet vnitatem referenda: est enim hæc vnitas ipsa. Siqua verò in diuinis distinctio est, per relationem quandam agitur, vt placet plurimis Christianorum, propterea quòd relatio solet differentiam afferre quamminimam, nihilq; componere. Addunt sectatores Scoti, solam multitudinē illam Deo indignam esse, quæ per potentiam & actum compositionis alicuius est causa. Illic autem multitudinem siue personarum, siue idearum non ita considerari, sed omnia velut actus quosdam componentes nihil, neq; ex potentia exeuntes, inò tanquam radios quosdam lucis ipsi luci penitus intimos atq; perpetuos, in quos lux ipsa simpliciter se propagat.

Εἰ δὲ πολλὰ τὸ αὐτὸ ἔσθ' ἐν κωλύειν Φη-
σιν, ἐν τῇ τῆς ὑποκειμένου ἐστὶν. & διώαται
τὸ πολλὰ, μὴ ἐνὸς ὄντος. ἀφ' οὗ, ἢ ἐν ὧ, ἢ ὅλως
ἐνὸς, καὶ τῆς πρώτης τῶν ἄλλων δεξιμίας, ἢ
ὁ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῶν δὲ λαβεῖν μόνον. εἰ δὲ οὐκ
εἴη μὲν τῶν ἄλλων, δὲ τῆς συλλασσόντα αὐ-
τὸ μετὰ τῶν ἄλλων. ὅμως δὲ ἐπεὶ τῶν ἄλ-
λων ὄν, ἐὰν ὡς μετὰ ἄλλων. ζητεῖν δὲ τῆς τὸ
ὑποκειμένου πρὸς ἄλλοις, μὴ κεῖ μετὰ τῶν
ἄλλων, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ. τὸ γὰρ ἐν τῇ
ἄλλοις αὐτὸ, ὅμοιον μὲν αὐτῇ τῇ τῶν. ὅκ αὖ
δὲ εἴη τῆς ἄλλων δὲ αὐτὸ μόνον εἶναι, εἰ μέ-
λοι καὶ ἐν ἄλλοις ὁρᾶται. εἰ μὴ τις αὐτῶν λέ-
γοι τὸ εἶναι πρὸς ἄλλοις, πρὸς ὑποκειμένου
ἔχειν. ὅκ ἄρα ἀπὸ αὐτῶν αὐτὸ ἔσθ' ἔσθ' ὁ συ-
κείμενον ἐκ πολλῶν, ἀπὸ ὅκ ὄντος, ἔσθ'
αὐτὸ ἔσθ'. ἐκαστὸν γὰρ ἀπὸ ἑαυτοῦ δὲ διαμε-
νοῦ εἶναι, ἔσθ' ὑφεστηκὸς πρὸς ἐνὸς ἀπὸ ἑαυ-
τῶν, τὸ συκείμενον ἐκ πολλῶν, ἔσθ' ἐνὸς αὐ-
τῶν ὑποκειμένου ἔχειν καθ' ἑαυτὸ & διαμε-
νε, ἔσθ' ἐπ' αὐτῶν μετὰ ἄλλων εἶναι τῶ
ὅλως μὴ εἶναι, πῶς αὖ τὸ ἐκ πάντων εἶη
συνθετον, ἐκ μὴ ὄντων γενημένον. & τὸ μὴ ὄν-
των, ἀλλ' ὅμως μὴ ὄντων. εἰ ἄρα πολλὰ πῶς
δὲ πρὸ τῶν πολλῶν ἐν εἶναι. εἰ οὐκ τὸ νοεῖν
τὸ πᾶν, δὲ ἐν τῶ πᾶν τὸ νοεῖν μὴ εἶναι.
ὡς δὲ τῆς τὸ πᾶν ἐν πρὸς ὑφεστηκὸς ἄρα αὐ-
τῶν τὸ νοεῖν, καὶ νῦν ἔσθ'.

beant, quoniam modo poterit aliquid ex cunctis esse compositum: quod quidem ex his quæ non sunt confectum fuerit: non dico quæ non sint aliquid, sed quæ omnino non sint. Quamobrem siquid multa est, oportet ante multa vnum esse. Si igitur quod est intelligens multitudo quædam est, necessariū est, vbi nulla est multitudo, intelligentiam quoq; non esse: id autem est ipsum primum. In his igitur quæ sequuntur illud, intelligentia erit & intellectus.

Quando bonitatem ipsam dicis, summam sufficientiam prorsus intellige: igitur neq;
partibus eam componentibus, neq; vlllo prorsus eget ad-
ditamento. Cap. IIII.

Est igitur & simplex in seipsa penitus, & nihil habet additū, quod nō sit ipsa bonitas. Noli igitur vel multitudinem

nem ibi talem fingere, quæ conficiat ibi compositum, vel intelligentiam addere bonitati, sic ibi distinctam, ut non sit ipsa bonitas. Quandiu igitur intellectum consideras, ut Plotinus, tanquam Solem, in quo intelligentia se habeat ad naturam suam, sicut lux ad substantiam Solis luce priorem longè differentem, tandiu Deum summum intellectum esse nega. Cogita potius Deum tanquam lucem solam non in aliqua præter se natura, sed in seipsa manentem, quam nihil usquam lateat, quandoquidem per ipsam ubiq; sunt, patentq; omnia, quamvis intellectum nullum abs te intellectum, esse Deum summum debeas affirmare.

PROINDE si ipsum bonum oportet esse A simplex, nulliusq; egenum, nullo modo intelligentia indigebit. Illud autem quod ei necessarium non est, ipsi certè non aderit, quandoquidem ipsi omnino nihil adest. Non igitur huic intelligentiæ prorsus inest vlla, quæ nec aliud quicquam. Præterea aliud intellectus est, aliud ipsum bonum. Intellectus enim boniformis euadit, ex eo quod intelligat bonum. Item quem admodum in duobus ubi vnū est & aliud, impossibile est hoc vnum quod est cū alio, vnum B esse præcipuum, sed oportet ipsum in se vnum esse super illud vnum quod cum alio copulatur: ita necessarium est, ubi vna cū alio aliquid vnum coniungitur, quodammodo accedens ad simplex, super hoc extare ipsum simplex, nihil in se habens eorum, quæ sunt in eo quod cum alijs copulatur. Vnde enim aliud fit in alio, nisi prius existat seorsum illud à quo fit aliud? Quid enim est simplex, fieri non potest ab alio: quod C autem multiplex, aut saltem duo necessariò est ad aliud referendum. Iam verò comparare licet primum quidem ipsum lumini, secundum verò Soli, tertium deniq; Lunæ lumen à Sole trahenti. Anima enim aduentitium intellectum habet, qui eam cū intellectualis sit, colorat: intellectus autem in seipso intellectuale lumen habet proprium, neq; solum lumen est, sed hoc ipsum quod est, existit in sua essentia lucidum. Quod autem lumen hoc infundit, non aliud quidem in se existens est & lumen, sed simplex lumen existit, præbens illi potentiam, ut hoc ipsum quod est existat. Cū nam igitur hoc indigeat aliquo: non enim idem est cum eo quod est in alio. Aliud namq; est quod iacet in alio, quàm illud quod est penitus per seipsum ab omnibus expeditum.

Si intelligere seipsum excogitas esse tanquam ad se reuerti, multitudinemq; sibi innatam colligere secum, citò actionem eiusmodi simplicissimo rerum principio minime conuenire. Cap. V.

Si quomodocunq; intelligere putas esse studium quoddam appetens ipsum bonum, vel tanquam visionem quæ rentem lumen, ne putes eiusmodi intelligentiam competere illi quod ipsum bonum & lux ipsa infinita censetur: nec enim ipsi bono appetitus inest boni, nec luci necessaria visio lucis cupida. Sicut numeri ad unitatem suam numeris priorem, & continua ad suam continuitate superiorem, sic essentia ad unitatem substantialem superiorem essentia referuntur. Quæ si eminentior est quàm essentia, nimirum intelligentiam superat illam quæ est actus essentia: si autem ipsam boni & infinitæ lucis existentiam intelligentia meliorem appelles intelligentiā quasi causam intelligentiæ in se existentem, quicquid ab intelligentibus exoptatur, sic appellando forsan non aberrabis.

PRÆTEREA quod est in se multiplex, A meritò seipsum quæret, optabitq; cōspirare secum, seq; mutuo vndiq; persentire. Quod autē est penitus vnum, quoniam se conferet ad se ipsum, seq; excipiet? Vbi nā sensu sui ipsius intimo indigebit? Est enim idē ipsum omni conspiratione sensus omniq; intelligentia melius: siquidē intelligentiā nō est primum. Neq; enim primum obtinet gradū, siue quantū ad simpliciter esse spectat, siue quantum ad esse pertinet venerandum: imò verò secundū occupat locum, nataq;

ΕΤΙ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἀπλῶν καὶ ἀνεκδιδέσθαι εἶναι, καὶ δ' αὖ τῶ νοεῖν δέοιτο. καὶ δὲ μὴ δὲ αἰπῶ, καὶ παρέσται αἰπῶ. ἐπεὶ καὶ ὅλως καὶ δὲν παρέσται αὐτῷ τὸ νοεῖν. καὶ εἰ καὶ δὲν ὅτι μὴ δὲ ἄλλο: ἐπὶ ἄλλο νῆς, τῶ ἀγαθῷ. ἀγαθοειδὴς γὰρ τῷ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν. ἐπὶ ὡς ἐν τοῖς δυοῖν ὄντ' εἰνός καὶ ἄλλης, καὶ οἷον περὶ τὸ ἐν τῷ μετ' ἄλλης, τὸ ἐν εἶναι. ἀλλ' ἐδεῖ ἐν εἶναι, περὶ τῶ μετ' ἄλλης εἶναι. καὶ τῷ δὲ καὶ ἐν ὧ μετ' ἄλλης τὸ ἐν ὑπαρχόν, ἀπλῶν, καὶ αὐτὸ τῶ ἀπλῶν εἶναι. οὐκ ἔχον καὶ δὲν ἐν αὐτῷ τῶν, ὅσοι ἐν τῷ μετ' ἄλλων. πόθεν γὰρ ἐν ἄλλω ἄλλο, μὴ πρὶν χωρὶς ὄντ' αὐτῷ, καὶ δὲ τὸ ἄλλο. τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶν, οὐκ αὖ παρ' ἄλλης εἶναι. ὁ δ' αὖ πολὺ ἢ ἡ δύο, δεῖ αὐτὸ ἀνερπῆσθαι εἰς ἄλλο. καὶ οὐδ' ἀπεικαστέον, τὸ μὲν φωτὶ τὸ δὲ ἐφεξῆς, ἡλίω. τὸ δὲ τρίτον, τῷ σελεύῃς ἀστροῦ, καμίζομένω τὸ φῶς παρ' ἡλίου. ψυχὴ μὲν γὰρ ἐπακτὸν νοεῖν ἔχει, σπινθηρῶν νῦν αὐτῷ νοεῖν ἔσται. νῆς δ' ἐν αὐτῷ οἰκεῖον ἔχει, καὶ φῶς ὡν μόνον, ἀλλ' ὅτι περὶ φωτισμένον ἐν τῇ αὐτῇ ἐστὶ. τὸ δὲ παρέχον τῶ τὸ φῶς, οὐκ ἄλλο ὄν, φῶς ἐστὶν ἀπλοῦν, παρέχον τῷ διύαμιν ἐκείνῳ, τῶ εἶναι ὅτι. τὸ αὖ ἐν αὐτὸ δεοῖτο πινός. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ αὐτὸ ἐν ἄλλω. ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἄλλω ἐστὶ, τῶ αὐτὸ καὶ αὐτὸ ὄντος.

ΕΤΙ τὸ πολὺ ζητοῖ αὐτὸ αὐτὸ, καὶ ἐθέλοι αὐτὸ συνδέειν καὶ συναρπάσθαι αὐτῷ. ὁ δ' ἐστὶ πάντῃ ἐν, τοῦ χωρήσεται πρὸς αὐτὸ. τοῦ δ' αὖ δεοῖτο συναρπάσθαι. ἀλλ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ καὶ συναρπάσθαι, καὶ πάσης κρείττονος νοήσεως. τὸ γὰρ νοεῖν, καὶ πρῶτον, καὶ τῶ εἶναι, οὐτε τῶ τίμιον εἶναι. ἀλλὰ δεύτερον, nataq;

καὶ ὁρῶμενον, ἐπειδὴ ὑπάρχει τὸ ἀγαθόν. καὶ
γενόμενον ἐκίνησε πρὸς αὐτὸ. τὸ δ' ἐκίνηθη
τὸ καὶ εἶδε. καὶ τὸ ἐστὶ νοεῖν. κίνησις πρὸς ἀγα-
θόν, ἐφιεμένον ἐκείνου. ἡ γὰρ ἐφesis πρὸς νόησιν
ἐγέννησε, καὶ συνυπέστησεν αὐτῇ. ἐφesis γὰρ
ὁ ψεῦδος, ὁ θάλασσαν. ἔστι δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ἀγαθόν
νοεῖν. ἔστι γὰρ ἐστὶν ἄλλο αὐτῇ τὸ ἀγαθόν. ἐπεὶ
καὶ ὅταν τὸ ἔπερον πρὸς τὸ ἀγαθόν αὐτὸ νοῇ,
τὸ ἀγαθὸν εἰς εἶναι νοεῖ, καὶ ὁμοίωμα ἔχειν
πρὸς τὸ ἀγαθόν. καὶ ὡς ἀγαθόν καὶ * ἀφ' ἑαυτοῦ
αὐτῷ γενόμενον νοεῖ. καὶ οἷον φαντασίαν τῆς
ἀγαθῆς λαμβάνον. ἐδ' αἰεὶ ἔτις, αἰεὶ τῆς. καὶ
γὰρ αὐτὸ ἐν τῇ νοήσει αὐτῆς, κατὰ συμβεβηχὸς
αὐτῷ νοεῖ. πρὸς γὰρ τὸ ἀγαθόν βλέπων, αὐτὸ
νοεῖ. ἐνεργεῖν γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸν νοεῖ. ἡ δ' ἐνε-
ργεια ἀπάντων, πρὸς τὸ ἀγαθόν.

ne forte quadam cognoscit & illud. Cognoscit namque seipsum interim ad bonum suspiciendo: nam rursus se intelligit iam agens, actio verò omnium refertur ab bonum.

Quum omnes potentie appetant actus primos, id est formas tanquam bonum aliquid, & actus primi secundos, id est actiones similiter tanquam bonum, merito principium rerum summo opere ab omnibus exoptatum actus cognominatur, forma qualibet & actione superior.

Cap. VI.

Infinitus hic actus etsi non proprie dicitur agere, vel actionem rursus habere, tamen hinc aguntur, huc agunt omnia. Hunc actum ne appelles intellectum vel intelligentiam, qualem Plotinus ubiq; definit: nam apud eum in intellectu vel primo aliud est natura intelligens, aliud actus intelligendi: item essentia, vita, intelligentia sunt ibi distincta. Rursus differentes rerum ideæ inter se formaliter absolutæ, ratione: differentes similiter ab intelligentia per quam eas ipsa mens intelligit. Eiusmodi differentias nec Platonici, nec Christiani summo competere putant: deniq; summus ille non ideo se intelligit, ut sibi met se copulet quasi disunctum: nec ideo rursus alia, ut sic inde intelligendo proficiat: nam & melius aliquid rebus cognitione largitur, id est fruitionem sui, & meliori modo quam cognoscendo se fruitur: & qui Deo fruuntur, per unitatem intellectu superiorem fruuntur Deo. quod & Areopagita Dionysius asserit.

Εἰ δὴ ταῦτα ὁρθῶς λέγεται, ὅσα αὐτὸν ἔχει
χώραν νοήσεως ἐν πινού τὸ ἀγαθόν. ἄλλο γὰρ
δεῖ τὸ νοεῖν τι τὸ ἀγαθόν εἶναι. ἀνενέργητον ἔν.
καὶ τι δεῖ ἐνεργεῖν πρὸς ἐνεργεῖαν. ὅπως μὲν
γὰρ ἔδ' εἰς ἐνέργειαν, ἔχει αὐτὸ πάλιν ἐνε-
ργειαν. εἰ δ' εἰς τὰς ἄλλας τῶν εἰς ἄλλο ἐχ-
σιν ἐπανενεργεῖν πρὸς πρῶτον εἰς ἐν αὐ-
ταῖς ἀνιέρχεται, αὐτὸ εἶναι δεῖ τῆς ὁ ἐστίν.
ἔστι δ' ἐπ' αὐτῇ περὶ πέντας. ἡ οὐδὲ τριακτῇ
ἐνεργεῖα, ἔστι νόσις. ἔστι γὰρ ἔχει ὁ νοήσας. αὐτὸ γὰρ
πρῶτον. ἐπειτα ἔδ' ἡ νόσις νοεῖ, ἀλλὰ τὸ ἔχον
πρὸς νόησιν. διὸ οὐδὲ πάλιν αὐτὸ, ἐν τῷ νοεῖν
γίνεται. τῆς δ' εἰς ἀμὴν δύο. ἐπ' δ' εἰς μᾶλλον
ἰδοὶ αὐτῆς τῆς, εἰ λάβοι πῶς ἐν παντὶ τὸ
νοεῖν σαφέστερον ὑπάρχει, ἡ διὰ πᾶν φύσις
αὐτῆς. * λεγόμενα τὰ ὄντα ὡς ὄντα. καὶ αὐτὸ ἐκα-
στον. καὶ τὰ ἀληθῶς ὄντα, ἐν τῷ νοητῷ τέπω
εἶναι. ἔστι μόνον ὅτι τὰ μὲν μένει ὡς αὐτῶς τῇ
ἐστὶ, τὰ δ' εἰς καὶ ἐνδεῖ, ὅσα ἐν αἰσθησὶ.
πέτρα γὰρ ἐν πῶς αἰσθησὶς ἐστὶ τὰ μένοντα.
ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι τὸ τέλει τῆς εἶναι, παρ' αὐ-
τῶν ἔχει. δεῖ γὰρ πρὸς πρῶτως λεγομένῳ
ἐστὶν, ὅσα εἶναι τῆς εἶναι σκιά, ἀλλ' ἔχειν
πλήρες τὸ εἶναι. πλήρες δ' ἐστὶ τὸ εἶναι, ὅταν
ἔδ' ὅτι νοεῖν καὶ ζῆν λάβῃ. ὁμοῦ ἄρα

A nataq; est postquam ipsum bonum extitit, or-
taq; in essentia statim eam prouocauit ad bo-
num. Hæc autem prouocata iam processit ad
illud, atq; nouit: idq; ipsum est intelligere, mo-
ueri scilicet ad bonum, ipsius desiderio boni:
nempe desiderium intelligentiam procreauit,
eamq; sedulo comitatur. Visio nanq; in appe-
titu quodam visus ipsius cōsistit ad videndum
alliciente. Quamobrem ipsum bonum intelli-
gere neq; se neq; quicquam oportet: neq; enim
B præter se est aliud quicquā ipsi bonum: siqui-
dem & quando aliud quicquam præter ipsum
bonum intelligit seipsum, ex eo prorsus intel-
ligit quod est (ut ita dixerim) boniforme, &
similitudinem quandam habet ad bonum, &
tanquam bonum sibiq; euadens appetendum
intelligit, & quasi imaginationem boni iam
nactum. Quòd si ita se semper habeat, semper
idem efficit: quinetiam in suis ipsius cognitio-

A SI hæc rectè dicuntur, intelligentia nullum
in ipso bono locum habet: aliud nanq; oportet
intelligenti bonum esse. Ipsum itaq; bonum ab
actione penitus est expeditū. Quid enim opor-
tet actum agere? Nā omnino nullus actus ite-
rum habet actum. Quòd si cæteris actibus qui
referuntur in aliud, aliquid insuper adhibemus,
primò certè omnium actui in quem actus reli-
qui referuntur, nihil vltra fas est adiungi, sed
ipsum id quod est duntaxat existere. Talis itaq;
B actus esse non potest intelligentia: nō enim ha-
bet quod intelligat. Est enim primum. Rursus
intelligentia nō intelligit, sed quod intelligen-
tiam habet. Duo itaque rursus in intelligente
fiunt: illud autē nullo modo est duo. Præterea
magis adhuc aliquis id cognosceret, si considera-
uerit quomodo in vniuerso ipsum intelligens
certius naturam hanc geminam complectatur.
Dicimus itaq; entia ipsa ut entia, & ipsum vnū-
quodq; & quæ verè existunt, in mundo intel-
ligibili esse: nō solum quia illa quidem essentia
sua semper eodē modo se habent: quæ verò sen-
sibus offeruntur continuè fluunt. Foran enim
in genere quòq; sensibili nōnulla sunt quæ ma-
neant, sed potius quoniā esse ipsius perfectio-
nem penes se habent. Oportet enim illam quæ
primò essentia nuncupatur, non esse quandam
esse ipsius vmbra, sed esse plenū habere. Esse
autem tunc plenum est, quando intelligendi
viuendiq; speciem accipit. Simul igitur in ipso

* λέγω μιν,

ente sunt hæc, intelligere, viuere, esse. Si ergo ens est, consequenter est intellectus, vicissimq; si intellectus est, ens quoq; existit: ibiq; intelligere simul est vnâ cum esse. Ex quo fit vt intelligentia iam multa sit, non vnum. Necesse igitur est apud ipsum quod non est tale, neque etiam intelligentiam esse. Iam verò per singula in mundo intelligibili discurrendo, ibi quidem occurrit vbiq; notio gemina, scilicet hominis intelligentia, atq; homo: item intelligentia equi & equus: rursus intelligentia iusti atq; iustum. Omnia igitur duplicia sunt. Illic vnum duo: illic vicissim duo regrediuntur in vnum: ipsum verò primum nec est singulatim horū aliquid, neq; ex omnibus quæ duo sunt: neq; omnino duo. Quo autem modo ex vno duo fiant, alibi disputatur. Verum quum illud super essentiam sit, haud ab re super intelligentiam esse censetur. Nec illud igitur absurdè dicitur, si dicatur primum illud seipsum minimè nosse. Quum enim omnino sit vnum, nihil prorsus habet in se quod discat: sed neq; etiam alia oportet ipsum nosse. Melius enim quiddam atq; maius tradit illis, quàm sit ipsa cognoscere quod bonum est aliorum. Potius enim tribuit vt in eodem quoad possent, illud attingerent.

A τὸ νοεῖν τὸ ζῆν τὸ εἶναι ἐν τῷ ὄντι. εἰ ἄρα ὄν, καὶ νῆς, καὶ εἰ νῆς, καὶ ὄν. καὶ τὸ νοεῖν ὁμῶς μετὰ τῶ εἶναι. πολλὰ ἄρα καὶ ἔχ' ἐν τῷ νοεῖν. ἀνάγκη πίνω τῷ μὴ ποιεῖν, μὴ δὲ τὸ νοεῖν εἶναι. καὶ καθ' ἑκάστη δὲ ἴπ' ἔσιν, αἰθρῶπος. καὶ νόησις ἴπ' ἔσιν, καὶ ἴπ' ἔσιν. καὶ δικαίη νόησις, καὶ δίκαιον. διπλὰ πίνω ἅπαντα, καὶ τὸ ἐν δύο. καὶ αὖ τὰ δύο, εἰς ἐν ἔρχεται. ὁ δὲ σὺν ἑστὶ τῶν, ἔστιν ἑκάστων. ἔστι ἐκ πάντων τῶν δύο. ἔδ' ὅλως δύο. ὅπως δὲ τὰ δύο ἐκ τοῦ ἑνός, ἐν ἄλλοις. ἀλλ' ἐπέκεινα ἑσίας * ὄντι, * ὄν τῆ καὶ τῶ νοεῖν ἐπέκεινα εἶναι. ἔ πίνω ἔδ' ἐκείνο ἄρπον. εἰ μὴ οἶδεν ἑαυτὸν, ἔ γὰρ ἔχει παρ' ἑαυτῷ ὁ μᾶλλον, εἰς ὧν. ἀλλ' ἔδ' εἰς τὰ ἄλλα δὲ αὐτὸν εἰδέναι. κρεῖττον γὰρ τι καὶ μᾶλλον δίδωσιν αὐτοῖς τῶ εἰδέναι αὐτὰ. ὡς τὸ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων. ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ, καθόσον διώσται ἐφ' ἀπείρονα ἐκείνη.

ΠΛΟΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Ζ.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER VII.

ΠΕΡΙ Τῶ, εἰ καὶ τῶν καθ' ἑκάστη ἐστὶν εἶδη.

Vtrum singulorum etiam sint Ideæ.

Quot numero homines nascuntur in anno mundi magno, totidem seminales hominum rationes sunt in natura vniuersali, totidem ferme ideæ hominum in mente diuina.

Cap. I.



N A Q V A E Q V E etiam rationalis anima numeratas in se naturaliter habet, quod ex se vitas varias producitura est. Verum sicut quando dicimus omnia cælestia esse in terra, vicissimq; omnia terrena in cælo, intelligimus omnia pro natura loci, id est, in cælo quidē ratione cælesti, in terra rursum qualitate terrena: sic quando audimus animam nostram esse omnia, accipere debemus secundum humanæ rationalisq; animæ pōprietatem. Nunquam igitur anima tua producet vitas ipsas figurasq; brutis animalibus proprias, sed humanas semper: quamuis similes quodammodo brutis, & quandoq; demonibus. Paucas ergo vitarum mutationes in anno mundi magno edere anima tua potest: præsertim cum vitam in terris quidem breuissimam, super terram verò longissimam agat. In anno autem mundi sequente non sit vitarum mutatio, sed eorundem omnino hominum resurrectio. Interim homines inter se differunt, non per materias tantum, sed per proprias etiam formas atq; figuras, modosq; varios geniture. Differentia verò formalis & ordinata quum nec à materia neq; casu fiat, dependet ex formalibus quibusdam rationibus, quæ & in natura & in mente vniuersali consistunt, neq; sunt infinitæ numero. Finite enim formæ in anno mundi magno gignuntur, in sequente verò eadem reuertuntur, causis eisdem videlicet reuertentibus. Verum quonam modo sunt res in materia plures quàm in anima, & in anima rursum plures quàm in mente? Ita profectò quia res quædā in materia inter se numero differunt, vel per defectum formæ ex materia alicubi contingentem, quæ forma alibi est perfectior: vel per quantitatis diuisionē. Differentiæ verò simpliciter formales rationibus seminalibus adæquantur. Rationes autem eiusmodi sunt in anima plures, quàm in mente ideæ: quoniam in natura animæ semper est absoluta distinctio rationū: mens